

ad emendationem, tantum et quidem, ut lib. 6 de Legibus præscribit Plato, *absque contumeliâ*; quod si servos, quantum magis filios? Quemadmodum, ait ille, servos diximus castigare sine contumeliâ oportere, ne in iracundiam efferrantur; castigare tamen omnino, ne numerum delicti reddantur; ita et liberos volumus. Vos, ut ait S. Paulus Ephes. 6, vers. 4, *patres, nolite ad iracundiam provocare filios vestros; sed educate illos in disciplinâ et correptione Domini*. Et paulo post, vers. 9: *Vos, domini, eadem facile servis, remittentes minas, scientes quia et illorum et vester Dominus est in caelis*.

QUESTIUNCULA XXI.

Quid, à principum ad Judith accessu, et orationis approbatione, documentorum?

Judith ipsius vocatu ad eam principes hos venisse, magnæ modestiæ virtutisque opus fuisse, dixi antea. Tantum addo, ne servorum ut ancillarum, per quas nos Deus vocat, vitilitatem et indignitatem contemnamus. Hi enim non ad se, sed ad Dominum nos suum vocant. *Sapientia*, Proverb. 8; vers. 5, *misit ancillas suas, ut vocarent ad arcem, et ad menta civitatis*.

Discamus porrò à tantis viris, etiamsi quod humanæ infirmitatis est, aliquando labamur, non egredere, dum à minoribus etiam reprehendimur, id ipsum ferre, multò minùs, dum à majoribus. In Græco videntur seipsos quidem aliquantulum excusare, dum valde populum sitiisse, ideòque et se ab illo, ut jurarent, coactus dicant: est tamen ingenua potius culpa, ipsiusque occasione confessio, quæ in Chaldæo et Latino præterita.

Discamus verò amplius, culpam ubi agnovimus, ejus à Deo veniam petere, idque per nos et per alios. *Nunc ergo*, aiunt, *ora pro nobis*. Fuit hic olim mos adeò veteribus usitatus, ut etiam qui seriò culpam non agnoscerent, neque ipsam, ut par erat, detestarentur, usitatum tamen hoc demissionis poenitentiaque symbolum, labris saltem primoribus ederent. Nam in veteri Testamento Saül, 1 Reg. 15, à Samuele reprehensus: *Peccavi*, ait, *quia prævaricatus sum sermonem Domini et verba tua, timens populum, et obediens voci eorum. Sed nunc porta, queso, peccatum meum, et revertere mecum, ut adirem Dominum*. In novo, Simon Magus Actor. 8, vers. 24: *Præcavimus vos pro me ad Dominum, ut nihil veniat super me horum que dixistis*. Nos hypocriticas istas confessiones fugiamus, veras et sinceræ quæ et veniam impetrent, in proceribus istis imitemur.

Sed et causa cur ipsam Judith orare orent, consideranda. Quoniam, inquit, *mulier sancta es, et times Deum*. Ego me ad te, o beatissima Dei mater et Virgo, converto, et supplicale pariter: *Ora pro nobis, quoniam mulier sancta es, et times Deum*. Et: *Sancte Petre, ora pro nobis, quoniam vir sanctus es, et times Deum*. *Sancte Paule, ora pro nobis, quoniam vir sanctus es, et times Deum*, itemque in coelibus aliis omnibus. Quid frendes, hæretice? An in istos, beatos jam, cum Christo Jesu, in caelis ævo fruentes, hæc ipsa orandi causa non convenit? Non sancti sunt? non Deum timeant? At non sunt in hæc ipsa vitâ, ut Judith? Quid tum? An ita huic vitæ annexum appaetique orare, ut nemo nisi vitam hanc vivat, oret? At sic nulla in caelis esset oratio, nulla Dei laudatio, nulla gratiarum actio. Nam et precatio hæc particula quædam est, 1 Timoth. 2, vers. 4. An verò potest etiam extra vitam hæc aliquid orare, sed non pro alio? At Christus Dominus ex hæc pridem vitâ discessit, et tamen non quæ Deus, sed quæ homo, interpellat pro nobis, Hebr. 7, vers. 25; 1 Joan. 2, vers. 4. Imò etiam epulo ille dives poterat adhuc pro fratribus orare, licet ratione, non mortis quam obierat, sed mortis quam in æternum miser obibat; ratione, inquam, damnationis miseræ, nihil impetraret. Huic scilicet dici non debuit, *ora pro nobis*, quia nec alterum illud subdidi potuit, *quoniam vir sanctus es, et times Deum*. Verùm non indigent hæretici nostri sanctorum precibus, quia vel peccatum nunquam suum, nisi cum Saule et Simone Mago, hypocritice confitentur, vel illos reverè sanctos, Deumque timeantes, aut certe nullam omnino vitam viventes putant, quasi falsum foret illud Christi Domini Matth. 22, vers. 32: *Non est Deus mortuorum, sed viventium*. Ceterùm in posteriore ipsorum approbatione, pulchra est illa precatiuncula: *Dominus sit tecum, quam crebrò Ecclesia usurpat, cum ait: Dominus vobiscum*.

QUESTIUNCULA XXII.

Quid à posteriore Judith oratione documentorum?

Rara quidem, sed præclara in muliere virtus silentium. Hoc tamen à Judith non mulieres tantum, sed et virorum quidam discere possunt, qui arcanum nullum continere, omnia ubique profundere, denique pleni rimarum hæc atque illæ perfluere assolent, Judith neque quid facere instituerit, patefaci, neque ullam id ipsum rimandi et expiscandi auzum dat. Tantum in Latino ait vers. 32: *Ego exeam*

cum abrâ meâ. Monendum verò ista futura, *exeam, peream, transeam*, et similia, nostro interprete quandoque usurpari pro *exibo, peribo, transibo*. Sicuti contra, è veterum usu ista commendat Marcellus, *audibo, aperibo, dicebo, paribit, pereibunt, obedibo*, et alia non pauca. In Græco: *Audite*, ait, *me, et opus faciam quod ad generis nostri filios in generationes generationum perveniet*.

Omnium verò maximè imitatu dignissima est sanctæ Judith demissio et religio. Eam magno encomio, et plenis penè fistulis laudant principes, à veritate: *Omnia que locuta es vera sunt; à prudentiâ: Non est in sermonibus tuis ulla reprehensio; à sanctitate: Mulier sancta es; à Dei timore: Times Deum*. In Græco etiam perspicue, nullisque verborum ambagibus, ab excellenti, omnibusque quàm cognitissimâ sapientiâ: *Non hostis primium tua manifestata est sapientia; sed jam pridem à dierum tuorum principio, sive à primâ tuâ ætate, novit populus universus tuam sapientiam; ideòque et hominem esse, quod corde jam tuo efformasti, sive cogitasti*. Denique tanti ipsam fecerant, ut ejus precibus culpam, quam ipsi agnoscebant, et quidem tantam, quantum illa dixerat, apud Deum deleri orarent, ejusque deprecationem rogarent. Et ipsa tamen non modò nihil effertur, sed seipsam multò magis dejicit, et quemadmodum ab angelo et Elizabethâ eim laudaretur B. Virgo, se Dei humilem ancillam profitebatur, ita et Judith se pauperulam, quæque aliorum ipsa egest precibus proficietur, neque eorum tantum quibus dicere possit: *Ora te pro me, quoniam viri sancti estis, et times Deum*; sed eorum etiam, quos in Deum graviter commississe dixerat, quos arguerat detentatores, invidiatores, ultores. *Ora te*, ait vers. 33, *pro me ad Dominum Deum nostrum*. Neque hoc semel tantum petit, sed in tam paucis verbis, iterùm et iterùm vers. 32 et 33. Neque horum tantum, qui primarii erant, et viri, licet jam prolapsi, virtute aliquo præstantes, jamque ab illo suo delicto resipiscabant, preces petit; sed aliorum etiam omnium, qui in urbe tum erant, licet sui ipsi murmuratione, impatientiâ et querelâ, quæ suos hæc principes impulerunt, non parum etiam deliquissent. Quis magnæ hoc humilitatis indicetur? Quis et imitatione dignissimum non censeat? Sunt et in hæc vitâ etiam ii, quos egregiè sanctos, Deique metuentes Judi-

camus; at non li tantum, sed et alii, qui in Ecclesiâ adhuc catholica permanent, etiamsi aliquid aliquando deliquerint, vel etiamnum adhuc delinquant. Sæpe qui cecidit resurgit, et quidem nostrâ interdum opinione velocius. Nemo contemnendus. Pharisæico supercilio respuendus nemo. In Ecclesiâ catholica, multi unum corpus sumus, in Christo, singuli autem alter alterius membra, Roman. 12, vers. 2; non potest autem oculus dicere manui: *Opera tua non indigeo, aut iterum caput pedibus: Non est mihi necessarii*, 1 Corinth. 12, vers. 21. Ideòque et S. Jacobus cap. 5, vers. 16: *Ora te pro invicem, ut saltemini, et ipsam electionis vas D. Paulus Rom. 15, vers. 50: Obsecro, ait, vos, fratres, per Dominum nostrum Jesum Christum, et per charitatem sancti Spiritus, ut adjuvetis me in orationibus pro me ad Deum*, 2 Cor. 4; vers. 10. *Deus de tantis periculis nos eripuit et eruit, in quem speramus, quoniam et adhuc eripiet, adjuvantibus et vobis in oratione pro nobis*, 1 Thessal. 5, vers. 2. *Fratres, orate pro nobis*, et cap. 5, vers. 4: *De cætero, fratres, orate pro nobis*. Quemadmodum verò petit sancta Judith vers. 35: *Nihil aliud fiat, nisi oratio pro me ad Dominum Deum nostrum*; ita Actor. 12, vers. 6: *Oratio sebat sine intermissione ab Ecclesiâ ad Deum pro S. Petro, qui in Herodis carcere tenebatur*. Et nos quidem semper aliorum prece tu indigemus, sed tim imprimis, eim magnum et arduum quodplam molimur, cui nostra facile succumbere potest infirmitas, sive id publicum sit, sive privatum; verbi causâ, cum ad peccatorum, hæreticorum, gentinoque infidelium conversionem aggredi, religiosum vitæ statum inire, paupertatis, castitatis et obedientiæ Deo vota nuncupare volumus, dicamus: *Ora te, ut firmum faciat Deus consilium meum*. Nam nemo mittens manum suam ad aratrum, et respiciens retro, aptus est regno Dei, Luc. 9, vers. ultimo. Ceterùm, quia penes optimates istos, portarum urbis claves erant, et, nisi eorum emissu nutuque, poterat nemo egredi, vel ingredi, noctu præsertim, ideò *Stabitis*, ait, *vos ad portam, nocte istâ*. Et cap. 10, vers. 9, in Græco: *Portam, ait, urbis mihi jubete aperiri*. Discamus et nos, nusquam egredi, nisi stantibus ad portam, et concedentibus, quibus claves dedit Deus, sed in his potissimum rebus, quæ ad Evangelii Christi Domini prædicationem, divinorum sacramentorum administrationem spectant, ut videlicet non somat sibi quisquam honorem, sed qui vocatur à Deo tanquam Aaron, Heb. 5, vers. 4.

CAPUT IX.

1. Quibus abscedentibus (1), Judith ingressa est oratorium suum : et induens se cilicio, posuit cinerem super caput suum : et prosternens se Domino, clamabat ad Dominum, dicens :

2. Domine Deus patris mei Simeon (3), qui dedisti illi gladium in defensionem alienigenarum (4), qui violatores existunt in conuinatione sua, et demulauerunt femur virginis in confusionem :

3. Et dedisti mulieres illorum in præ-

(1) Corrige cum Rom. et Græcis, *abscedentibus* ; *JUDITH INGRESSA EST ORATORIUM SUUM ; ET INDUENS SE CILICIO, GRÆCI ἑστρώσαντες, quod Complut. et Regionum interpretes vertit. Exiit quod induta erat sacco, hoc est cilicium. Sed id contrariatur versioni Latinæ vulgatae ad verbum. Ergo sic verte cum Vatablo : *Judavit sacco quod erat induta, depositis scilicet extimis vestibus, solo manens induta sacco, eumque modum demonstrans : sacco enim vocat cilicium. Nodavit ergo coram Deo interius cilicium, ostendens illud Deo quasi signum penitentiae et poenitentis, supplicisque observationis. Cilicio igitur et cinere ornata, inob amavit sym deprecationem, ejus rei symbolice causam dabo v. 14.**

PROSTERNENS SE DOMINO. Græca addunt id factum *vesperè, cum thymiama adoleretur Deo in templo Jerusalemis, ut significet publicum in templo sacrificium, quod jugiter in vesperè offerretur, hisce Judithæ precibus cooperatum fuisse, ac Juditham illi preces suas junxisse, ut publicam eadem publicæ supplicatione converteret, utque vis sacrificii demonstraretur, illud scilicet præstare hæc Judithæ victoriam.*

QUIBUS ABSCEDENTIBUS. Hic consequenter Judith munis se armis orationis : et quoniam oratio est petitio decentium à Deo, idcirco ad petendum primò se disponit.

INGRESSA EST ORATORIUM, quod erat in superioribus domus suæ.

ET INDUENS SE CILICIO. Licet enim semper haberet cilicium ad carnem interius, tamen etiam tunc induit se cilicio exterius.

POSITO CINEREM. Et utrumque fecit ad humilationem sui, sciens quòd oratio humilioris se nubis penetrat. Eccles. cap. 35. (Lyranus.)

(2) Toute la vie de Judith étoit une pénitence et une prière continuelle. Mais l'occasion qui se présentait et le dessein qu'elle avoit demandèrent une plus grande humiliation que jamais. Et la même esprit de Dieu qui lui inspira d'entreprendre une action si hardie, lui apprenait dans le fond du cœur que le fondement de sa victoire devoit être une profonde humilité. Ce qu'elle fait donc en se revêtant d'un cilice, et en se couvrant la tête de cendre, n'est pas seulement pour demander au Seigneur la force dont elle a besoin ; mais c'est encore un témoignage qu'elle lui rend de son propre néant, et comme une protestation qu'elle lui fait par avance qu'elle

CHAPITRE IX.

1. Après qu'ils se furent retirés, Judith entra dans son oratoire ; et se revêtant d'un cilice, elle se mit de la cendre sur la tête ; et se prosternant devant le Seigneur, elle cria vers lui (2), disant :

2. Seigneur Dieu de mon père Simeon, qui lui avez mis l'épée entre les mains pour venger des étrangers qui, transportés d'une passion impure, avaient violé une vierge, et l'avaient couverte de confusion, en lui faisant outrage :

3. Vous qui avez livré leurs femmes en proie, se dépouille devant ses yeux de toute la gloire qui pourrait lui revenir d'un si grand prodige qu'il vouloit exécuter par son ministère.

(Sacy.)

(3) Queritur quomodo hic Judith vocet Simeon patrem suum, cum cap. precedenti ejus genealogia referatur ad Ruben, fratrem, ut apparet, Simeonis ? Ad hæc apparentem dissonantiam potest duobus modis responderi : Uno modo quod ex parte patris, cujus genealogia præced. capite textitur, fuerit ex tribu Ruben, ex parte matris verò ex tribu Simeon. Non raro enim contingebat tribus permisceri, modò fieret extra casum qui habetur Num. 36. Alio modo responderetur, quòd Ruben, ad quem refertur ejus gens capite præcedenti, non fuerit Ruben patriarcha, sed aliquis alius in tribu Simeon clarus et celebris. Et hæc solutio probabilior videtur. Notandum enim, quòd Græca exemplaria non perducant ejus genus ad Ruben, sed per alios quosdam medios usque ad Israel, nullo duodecim patriarcharum nominato.

(4) Defensionem intellige vindicationem seu ultionem in Stichimatis alienigenis. Quæstio hic oritur, quomodò Judith, laudat hoc factum Simeonis, cum Genes. 34, Jacob patriarcha graviter illud reprehendat ? Et gravius etiam Genes. 49, ubi pro benedictione videtur maledictionem in Simeonem, et Levi, propter hoc facinus congerere. Sic enim ait : *Simeon et Levi fratres, vasa iniquitatis, bellantia... Maledictus furor eorum, quia pertinax, et indignatus eorum, quia dura.* Respondeo primùm non Scripturam ipsam hoc loco commendatò factum Simeonis, sed Judith tantum in sua oratione. Non est autem necesse verba ejus omnia habere pondus et auctoritatem Scripturæ sacre, sicuti postea patebit in verbis quæ ad Hofernem locuta est. Deinde possumus in hoc facto duo considerare : Alterum est zelus eorum, et indignatio illa quæ indignissimè fererant rem tam fœdam fuisse perpetratam contra Israel, scilicet sororem suam Dinam ab alienigenâ esse stupratam. Et hic zelus seorsim consideratus, meritò commendatur, ut sic Judith dicat : *qui zelaverunt zelum tuum.*

Alterum est facinus ipsum, cum omnibus suis circumstantiis consideratum, et sic illicium circumfuit, tum quia id auctoritate privatâ, inconsulto et inscio patre, cum maximo ejus periculo, ut ipse explicat Genes. 34, aggressi sunt, tum quia id fecerunt per fraudem, et contra pacta. (Lyranus.)

COMMENTARIUM. CAPUT IX.

dam (1), et filias illorum in captivitate, et omnem prædam in divisionem servis tuis, qui zelaverunt zelum tuum : subveni, quæso te, Domine Deus meus, mihi viduæ.

4. Tu enim fecisti priora, et illa post illa cogitasti (2) : et hoc factum est quod ipse voluisti.

5. Omnes enim via tuæ paratæ (3) sunt, et tua judicia in tuâ providentiâ posuisti (4).

6. Respice castra Assyriorum nunc, sicut tunc castra Egyptiorum (5) videre dignatus es, quando post servos tuos armati currebant, confidentes in quadrigis, et in equitatu suo, et in multitudine bel-latorum.

7. Sed aspexisti super castra eorum, et tenebræ fatigaverunt eos (6).

8. Tenuit pedes eorum abyssus (7), et aquæ operuerunt eos.

9. Sic fiant et isti, Domine, qui confidunt in multitudine suâ, et in curribus suis, et in contis (8) et in scutis et in sagittis suis et in lanceis gloriantur,

(1) Græcus : *Dedisti principes eorum in cædem, et caecæ eorum, quod noceret deceptionem eorum, in sanguinem, et percussisti servos super dynastas, et dynastas super thronos eorum. Et dedisti uxores eorum in directionem, et filias in captivitate, et omnia spolia in directionem filiorum dilectorum à te, qui etiam zelaverunt zelum tuum, et abominati erant contaminationem sanguinis sui, et invocaverunt te in adiutorem ; Deus, Deus meus, exaudi me viduam.* Stylus hic tumidior, et phrasibus etiam poeticis intertus videtur. Omnino, ait Grotius, hujus libri scriptor legerat scriptores ex Græcis, ut qui Thianum et Gigantiam meminerit. (Calmet.)

(2) Quæmadmodum, et de auctore sunt prodigia, illam sub patribus nostris gesta, ita et te moderate aguntur omnia quæ nunc et quæ deinceps contingent. Futuri eventus idcirco fiunt quia tu sapienti providentiâ tuâ aeterno consilio decrevistis. Græcus : *Tu fecisti quæ ante illa et illa, et quæ deinceps, et quæ nunc, et supervenientia cogitasti.* Syrus aperitur est et brevior : *Tu prima et media fecisti, et quæ sequuntur.* (Calmet.)

(3) *ἑστρώσαντες, facilis tibi.*

(4) *Ἐν προνοίᾳ benè verit : nam πρόνοια ; scilicet non nudam previsionem, sed et directionem divinam significat.* (Grotius.)

OMNES ENIM VIAE TUAE PARATÆ SUNT, ET TUA JUDICIA IN TUA PROVIDENTIA POSUIT. Omnia pro arbitrio nullo negotio facis : nihil tibi arduum est : stratae sunt tibi viae et faciles ; nihil te remoratur ; nunquam consilia tua falluntur, sive ipsa se impediendo, sive ab hostibus turbata. Græc. : *Omnes viae tuae paratae, et judicium tuum in præcognitione.* Sub tuo nutu sunt

qui aver rendu leurs filles captives, et qui avez donné toutes leurs dépouilles en partage à vos serviteurs qui ont brûlé de zèle pour vous ; assistez une veuve, je vous prie, Seigneur mon Dieu.

4. Car c'est vous qui avez fait les anciennes merveilles, et vous avez résolu les unes après les autres, et ce que vous avez voulu s'est fait.

5. Car toutes vos voies sont préparées ; et vous avez établi vos jugements dans l'ordre de votre providence.

6. Regardez maintenant le camp des Assyriens, comme vous daignâtes un jour regarder le camp des Egyptiens, lorsque armés ils poursuivaient vos serviteurs, se fiant en leurs chariots, leur cavalerie, et la multitude de leurs soldats.

7. Mais vous ne fîtes que jeter un regard sur leur camp, et les ténèbres les fatiguèrent.

8. L'abîme retint leurs pieds, et les eaux les couvrirent.

9. Seigneurs, que ceux-ci périssent de même, eux qui s'appuient sur leur grande multitude, et qui se glorifient dans leurs chariots, dans leurs dards, dans leurs boucliers, dans leurs flèches et dans leurs lances.

omnia, et certâ invictâque voluntate omnia decernis, quippe qui vias agendi prædestitutas atque certissimas. Syrus : *Omnes viae tuae paratae et creata tua iuda in conspectu tuo. Nihil tibi repugnat, te latet nihil.* (Calmet.)

(5) Græcus plurimum discrepat à Vulgatâ in hoc versiculo et novem sequentibus. Datus integrum : *Ecce enim Assyrii multiplicati sunt in virtute suâ, exaltati sunt super equo, et ascensore ; gloriantur in brachio pedum, speraverunt in clypeo, et in javalo, et arcu, et fundibus, et non cognoverunt quia tu es Dominus cælestis bella : Dominus nomen tibi. Tu frange eorum fortitudinem in virtute tuâ, et prosterne robur eorum in furore tuo. Deliberaverunt enim poluere sanctuaria tua, contaminare tabernaculum requiesit nomini glorie tuæ, et diriere fero cornu altaris tui. Aspice in superbia eorum, et mitte iram tuam in capita eorum. Da in manu mediâ viluæ, quod cogitavi robur ; percutit labris deceptionis meæ super principes, et principem super servos tuum, et frange eorum celsitudinem in manu feminae.* (Calmet.)

(6) Dum nubes columna, quæ parte Israelitis respiciebat, luce tuâ transcutibit per sectum mare fulgeret, nox atra opprimeret Ægyptios, prohibebatque ne è castris ante ortum matutinæ lucis exirent. Littera textus fert : *tenebras itigasse Ægyptios ;* noctem enim totam molestant et inquietam egerunt, iter tentantes, sed ne procederent, tenebris prohibiti sunt.

(7) Id est, maris fundus, in eorum submersione. (Lyranus.)

Eodem modo aliâ occasione loquitur David Psal. 68, 4.

(8) Id est, fustibus ad pugandum dispo-

10. Et nesciunt quia tu ipse es Deus noster, qui conteris bella ab initio (1), et Dominus nomen est tibi.

11. Erige brachium tuum (2) sicut ab initio (3), et allide (4) virtutem illorum in virtute tua: cadat virtus eorum in iracundia tua, qui promittunt (5) se violare sancta tua, et polluere tabernaculum nominis tui, et dejicere gladio suo corum altaris tui (6).

12. Fac, Domine, ut gladio proprio ejus superbia (7) amputetur.

13. Capiatur laqueo oculorum suorum in me (8), et percussus eum ex labiis charitatis meae (9).

14. Contisunt haste oblonge, v. nabula, etc. (Lyranus.)

(1) Id est, ab antiquis temporibus, sicut patet de Amalec contra filios Israel pugnante Exod. 17, et de Og rege Basan, et Sehon rege Amorrhoeorum, Num. 22, et de regibus contra Josue pugnantis, Josue 10, et in pluribus aliis locis. (Lyranus.)

(2) Ille ponitur tertium à Judith allegatum, scilicet destructio divini cultus, cujus observatio erat conveniens Deo; id eod dicit: Erige brachium tuum, id est, potentiam tuam.

(3) Id est, ab exitu filiorum Israel de Aegypto, ut praedicatum est. (Lyranus.)

(4) Id est, prosterne. (Lyranus.)

(5) Sic enim promiserant Nabuchodonosor regi, ut ipse solum nominaretur deus in terra, ut dictum est supra c. 5. (Lyranus.)

PROMITTUNT, sibi ipsis, sperant. (Menochius.)

(6) In quatuor altaris holocaustorum angulis porrectum quid surgebat, seu cornu vel radius, uti Scriptura non semel docet. (Calmet.)

Figuratè pars ponitur pro toto. Vel certè cornu gloriæ significat, ut interpretatur Emmanuel S. (Menochius.)

Per cornu designatur gloria, et majestas altaris, seu sacrificiorum, quæ in altari offerbantur Deo. (Tirinus.)

(7) Id est, caput Holofernis, de cujus potestate totus exercitus gloriabatur, et videtur hic prophetice loqui, quia sic factum fuit postea, ut videbitur c. 15. (Lyranus.)

(8) Id est, sic capiatur in aspectu meæ pulchritudinis, quod fiam ei sic familiaris, quod possim cum jugulare. (Lyranus.)

(9) Græcus legit: Ex γαδίων ἀγίων, ubi nos non male habemus γαδίων ἀγίων, ubi nos non male habemus γαδίων ἀγίων, ubi nos non male habemus γαδίων ἀγίων, quod melius congruit cum illis quæ in Græco præcesserunt, τὴν ἀστροφάνην τῶν ἀπαρθηθῶσιν, cubile receptum. Sequitur in Græco: Θραύσει αὐτὸν τὴν ἀστροφάνην τῶν ἀπαρθηθῶσιν, cubile receptum. Sequitur in Græco: Θραύσει αὐτὸν τὴν ἀστροφάνην τῶν ἀπαρθηθῶσιν, cubile receptum. Sequitur in Græco: Θραύσει αὐτὸν τὴν ἀστροφάνην τῶν ἀπαρθηθῶσιν, cubile receptum. (Grotius.)

Labiis charitatis suæ vocat blandiloquia labia, è quibus verba elegantia et ad charitatem seu amorem allicientia profluunt. An ergo

10. Et qui ne savent pas que vous êtes notre Dieu, qui arrêtez les combats dès le commencement, et que votre nom est Jéhova.

11. Elevez votre bras, comme vous avez fait autrefois; érasez leur force par votre force; que leur courage tombe devant votre colère, eux qui se promettent de violer votre sanctuaire, de déshonorer le tabernacle de votre nom, et de renverser avec leur épée la majesté de votre autel.

12. Faites, Seigneur, que son orgueil soit abattu de sa propre épée.

13. Qu'il soit pris par ses propres yeux, comme par un piège, en me regardant; et frappez-le par l'agrément des paroles qui sortiront de ma bouche.

intendit vel optavit Judith pellicere Holofernem ad libidinem? Respondeo: Nullo modo, ut patet ex cap. seq. v. 4, sed solum intendit et optavit pellicere illum ad amorem sui honestum et castum, quo, v. g., poterat Holofernis prosequi Juditham ut futuram conjugem. Et licet probabilibus conjecturis præscreit illum non ad castum, sed ad turpem amorem pellicem iri, quia tamen id non ex natura facti Judithæ, sed vitio ipsius Holofernis futurum erat, et Juditha iustissimas haberet causas faciendi quod faciebat, puta ad liberandam patriam suam, et fugandos hostes, poterat negativè seu merè passivè esse habere ad peccatum Holofernis, et eo non obstante, curare modis omnibus ut is ad sui amorem pertraheretur; ita fere S. Ambrosius et doctores scholastici. Et placuisse hoc ejus factum Deo, patet ex eo, quod singulari modo eidem cooperatus sit, ut habes c. seq. v. 5. (Tirinus.)

Græcus et Syrus majore vi: Percute sermone à labiis deceptionis meæ super principem, et principem super multatrum ejus. Id est, siquidem probaveris quod me dicit, eos scilicet seducere callidis verbis, vel impellere ad amorem; id, inquam, effice, ut in me eum in laqueum impingant. Sed quæcumque de alim ratione hæc verba accipiuntur, agrè percipiuntur cur Judith propitium sibi Numen imploret, ut hostes vel decipiat, vel impudicum in amorem trahat. Neutrum probare Deum poterat. An Judith adeo morum regulas ignorabat ut id Deum flagitare auderet? Nonne Deus mali conscius et fautor haeretur? Ultrò equidem admitimus, justo in bello licere stratagematibus, dols, inopis aggressionibus hostem petere: Dolus an virtus, quis in hoste requirit? Finge, dissimula, simula: consilium tuum revelare non debet. Si se ipsum hostis fallit, atque aliter fieri nunt id quod ab hoste suo planè consilio agitur, vitio id nemini datur: at si datà operâ mendaciam proceduntur: si directè deceptio et hostis deceptio queritur; si assentatione falsisque consiliis delinunt; si aliter, quam res ipsa est, urbis status describitur; si mendaciam religio servare cogitur; si ea solummodo proferri dicuntur quæ Dei spiritus et studium religionis

suadent, ut ab Juditha toto hoc cap. 11 geritur, id porrò Christianæ discipline dogmata et naturalis æquitatis leges damnant ac reprobat.

Sed artificia hæc multò iniquiora sunt, si illecebrius femina animum Holofernis impudico amore irretire conatur, ut incautum in necem trahat. Animam necat priusquam corpus. Crudelius nihil est, nil iniquius, nihil divinæ legi magis repugnans. Scitum est quàm dira ultio Deus multaverit Madianitas, qui prava Balæam consilia secuti, pulles in castra Israelis miserant; quàm acerbè pariter ultus fuerit pseudopropheta, sceleris consolatorem; quàm severe populum, qui suadenti obtemperavit, ac demique Israelius, qui seduci sese passi sunt. Minimè igitur ex omni parte probum laudamusque orationem ac facinus Judithæ: Rectum animi propositum commendamus, putamusque recto consiliorum ejus sine et naturali mulieris ignorantia peccatum minui. Neque tamen vitio illi damus aut simulacra consilia, aut eadem Holofernis, aut callidam desipiendi artem: hæc omnia justè belli leges admittunt. His tamen rei ab illi gestæ deformitatem tegi undique posse non censemus. Mendaciam continuatim iteratamque toto eo tempore quo Holofernem aliocta est, usus venustatis ac muliebrum illecebriarum, quibus amorem acupabatur, discrimen quod adit, ne quis via aut injuria sibi inferretur, hæc laudatores nos agrè admodum habent. (Calmet.)

14. Da mihi in animo constantiam (1), ut contemnam illum: et virtutem, et evertam illum.

15. Erit enim hoc memoriale nominis tui, cum manus feminae dejecerit eum.

16. Non enim in multitudine est virtus tua (2), Domine, neque in equorum viribus voluntas tua est, nec superbi ab initio placuerunt tibi, sed humilium et mansuetorum semper tibi placuit deprecatio.

17. Deus caelorum, creator aquarum, et Dominus totius creaturae, exaudi me miseram deprecantem, et de tua misericordia præsentem (3).

18. Memento, Domine, testamenti

carnis indulget, nequit esse fortis et constans. Omnis signum est mortis, quia constantiam valde excitat memoria mortis, brevitæque vite et laboris ac doloris in eâ submissis. Denique prostrato signum est humilitatis, quod agnosces suam fragilitatem, implorat Dei opem, ab eoque constantiam impetrat. (Corn. à Lap.)

(2) Victoriam pro arbitrio largiris, non præstantium, non fracti exercitibus, non victoris numerum respiciens. Deinceps in hoc capite Græcus plurimum discrepat à Vulgata. Damus integrum: Non enim in multitudine robur tuum, neque potentatus tuus in fortibus; sed humilium ex Deo, minorum ex adjutor, susceptor infirmorum, deploratorum protector, desperatorum salvator. Ne nec, Deus patris mei, et Deus hereditatis Israel, Domine caelorum et terræ, creator aquarum, rex omnis creaturae tuæ; in exaudi orationem meam, et da verbum meum in deceptionem, in vultus, et livorem eorum qui contra testamentum tuum, et domum sanctificatam tuam, et verticem Sion, et domum possessionis filiorum tuorum deliberaverunt dura. Fac super omnem gentem tuam, et omnem tribum, cognitionem ad sciendum quâ tu es Deus omnis virtutis et potentie, et non est alius protegens gens Israel, nisi tu. (Calmet.)

NON IN MULTITUDINE EST VIRTUS TUA. Idem agnoscet Asa, rex Juda, 2 Paralip. 14, v. 10, cum Athiophaz Zara decies centena armatorum millia in Judæam duceret, Idem etiam Artabanus, licet gentilis, inculcabat Xerxi, pluribus adhuc millibus, dum Græciam peteret, stultè gloriati: «Jgens, inquit, exercitus cæb exiguo prodigatur, quoties Deus in quo cõdesatur, aut metum aut tonitrum incucit. (Tirinus.)

(1) Nota: Omnis virtus, sed maxime constantia petenda est à Deo, tum præsertim infirmis et debilibus, uti sunt feminae, pueri, senes, ægri, cum aggreduntur quid heroicum viros nature exsuperans, quale erat hoc opus Judith, idque tam quia homo ex peccato factus est totus fragilis et inconstans, tum quia Deus ait: Ego enim qui sum, id est, per essentiam constans, fons et auctor omnis essentia. Sed adverte Judith eam petere indutam cilicio, et cinere aspersam, ac prostratam in terrâ, v. 4, quia oratio, ut constantiam obtineat, debet armari poenitentia, labore et mortificatione carnis; qui enim mollis est, et deliciis

14. Donnez-moi assez de constance dans le cœur pour le mépriser, et assez de force pour le perdre.

15. Car ce sera un monument glorieux pour votre nom, qu'il périsse par la main d'une femme.

16. Car votre puissance, Seigneur, n'est point dans la multitude; vous ne vous plaisez point dans la force des chevaux; et dès le commencement, les superbes ne vous ont point plu; mais vous avez toujours agréé les prières de ceux qui sont humbles et doux.

17. Dieu des cieux, créateur des eaux, maître de toute créature, exaucez-moi; exaucez-moi, malheureuse suppliante, qui présume de votre miséricorde.

18. Souvenez-vous, Seigneur, de votre al-

carnis indulget, nequit esse fortis et constans. Omnis signum est mortis, quia constantiam valde excitat memoria mortis, brevitæque vite et laboris ac doloris in eâ submissis. Denique prostrato signum est humilitatis, quod agnosces suam fragilitatem, implorat Dei opem, ab eoque constantiam impetrat. (Corn. à Lap.)

(2) Victoriam pro arbitrio largiris, non præstantium, non fracti exercitibus, non victoris numerum respiciens. Deinceps in hoc capite Græcus plurimum discrepat à Vulgata. Damus integrum: Non enim in multitudine robur tuum, neque potentatus tuus in fortibus; sed humilium ex Deo, minorum ex adjutor, susceptor infirmorum, deploratorum protector, desperatorum salvator. Ne nec, Deus patris mei, et Deus hereditatis Israel, Domine caelorum et terræ, creator aquarum, rex omnis creaturae tuæ; in exaudi orationem meam, et da verbum meum in deceptionem, in vultus, et livorem eorum qui contra testamentum tuum, et domum sanctificatam tuam, et verticem Sion, et domum possessionis filiorum tuorum deliberaverunt dura. Fac super omnem gentem tuam, et omnem tribum, cognitionem ad sciendum quâ tu es Deus omnis virtutis et potentie, et non est alius protegens gens Israel, nisi tu. (Calmet.)

NON IN MULTITUDINE EST VIRTUS TUA. Idem agnoscet Asa, rex Juda, 2 Paralip. 14, v. 10, cum Athiophaz Zara decies centena armatorum millia in Judæam duceret, Idem etiam Artabanus, licet gentilis, inculcabat Xerxi, pluribus adhuc millibus, dum Græciam peteret, stultè gloriati: «Jgens, inquit, exercitus cæb exiguo prodigatur, quoties Deus in quo cõdesatur, aut metum aut tonitrum incucit. (Tirinus.)

(3) De Dei misericordiâ præsumere tum in malum partem quis potest, quando illi soli inimici vultet, aliis omnibus que Deus simul requirit, neglectis in bonam vob partem, quando adhibitis adhibendis, ob nullam vel rei difficultatem, vel postulantis indignitatem, diffidit de potentia et bonitate Dei. Et sic facit hic Judith, et supra, c. 6, v. 15, fecerunt etiam reliqui Bethulienenses. (Tirinus.)

tui (1), et da verbum in ore meo, et in corde meo consilium corrobora, ut domus tua in sanctificatione tuâ permaneat :

19. Et omnes gentes agnoscant (2) quia tu es Deus, et non est alius præter te.

(1) Id est, si pro nobis non parcis, saltem parcas pro tuo cultu qui viget in nobis. (Lyranus.)

TESTAMENTI TUI, promissorum populo tuo. DOMUS TUE, templum quod infideles eversum erant.

IN SANCTIFICATIONE TUA, non polluat, non

TRANSLATIO EX GRÆCO.

1. Judith autem procidit in faciem, et imposuit cinerem super caput suum. Et nudavit quem induerat saccum, et erat nuper oblatum in Hierusalem, in domo Dei thymianâ vesperâ illius; et clamavit voce magnâ Judith, et dixit: — 2. Domine Deus patris mei Simeon, qui dedisti in manu gladium in ultionem alienigenarum, qui solverant vulvam virginis in pollutionem, et nudaverant femur in confusione, et polluerant vulvam in opprobrium: dixisti enim: Non sic erit. — 3. Et pro his quæ fecerant, dedisti principes eorum in eadem, et stratum eum, quod noverat deceptionem eorum, in sanguinem, et percussisti servos super dynastas, et dynastas super thronos eorum; — 4. Et dedisti uxores eorum in direptionem, et filias in captivitatem, et omnia spolia in distributionem filiorum dilectorum à te, qui etiam zelaverunt zelum tuum, et abominati erant contaminationem sanguinis sui, et invocaverunt te in adiutorem. Deus Deus meus, etiam exaudi me viduam. — 5. Tu enim fecisti, quæ ante illa, et illa, et quæ deinceps, et quæ nunc, et supervenientia cogitasti: et facta sunt quæ in mente habuisti. — 6. Et affuerunt quæ deliberasti, et dixerunt: Ecce adsumus: omnes enim viae tuæ paratæ, et judicium tuum in præconitione. — 7. Ecce enim Assyrii multiplicati sunt in virtute suâ, exaltati sunt super equo, et ascensore, gloriosi sunt in brachio pedum, speraverunt in clypeo, et in gæso, et arcu, et fundibulâ, et non cognoverunt quia tu es Dominus conterens bella. Dominus nomen tibi. — 8. Tu frange eorum fortitudinem in virtute tuâ, et prosterne robur eorum in furore tuo. Deliberaverunt enim polluere sancta tua, contaminare tabernaculum requietis nominis gloriae tuæ, et diruere ferro cornu altaris tui. — 9. Aspice in superbiam eorum, mitte iram tuam in capita eorum. Da in manu meâ viduæ, quod cogitavi, robur. — 10. Percute servum è labiis deceptionis meæ super principem, et principem super ministrum ejus: frange eorum celsitudinem in manu feminæ. — 11. Non enim in multitudine robur tuum, neque potentatus tuus in fortibus: sed humilium es Deus, minorum es adjutor, susceptor infirmorum, deploratorum protector, desperatorum salvator. — 12. Næ nã, Deus patris mei, et Deus hæreditatis Israel, Domine colorum, et terræ, creator aquarum, rex omnis creaturæ tuæ, tu exaudi orationem meam. — 13. Et da verbum meum, et deceptionem, in vulnus, et livorem eorum qui contra testamentum tuum, et domum sanctificatam tuam, et verticem Sion, et domum possessionis filiorum tuorum deliberaverunt dura: — 14. Et fac super omnem gentem tuam, et omnem tribum, cognitionem ad sciendum, quia tu es Deus omnis virtutis, et potentia, et non est alius protegens genus Israel, nisi tu.

COMMENTARIUM.

Alteram nunc ad liberandum populum aggressionem Judith adhibet, cum Deo scilicet agendo, ejusque opem et auxiliium implorando. Ideoque hoc ipso capite illius ad Deum oratio proponitur, et ejusdem modus, partim hujus ejusdem capitis initio statim, partim etiam sequentis. Nam primò, *ingressa est orationem suam*, de quo supra; deinde, *se cilicio induit*; tertio, *posuit cinerem super caput suum*; quarto, *prostravit se ante Dominum*; quinto,

llance; mettez les paroles dans ma bouche; et fortifiez la résolution de mon cœur, afin que votre maison demeure toujours dans sa sainteté.

19. Et que toutes les nations connaissent que vous êtes Dieu, et qu'il n'y en a point d'autre que vous.

profanetur. (Menochius.)

DOMUS TUA, seu templum, in sanctificatione tuâ, id est, in religione et cultu tui, quo solo verè sanctificatur, permaneat. (Tirinus.)

(2) Per factum sic mirabile, quod non potest fieri nisi tuâ virtute. (Lyranus.)

TRANSLATIO EX GRÆCO.

1. Judith autem procidit in faciem, et imposuit cinerem super caput suum. Et nudavit quem induerat saccum, et erat nuper oblatum in Hierusalem, in domo Dei thymianâ vesperâ illius; et clamavit voce magnâ Judith, et dixit: — 2. Domine Deus patris mei Simeon, qui dedisti in manu gladium in ultionem alienigenarum, qui solverant vulvam virginis in pollutionem, et nudaverant femur in confusione, et polluerant vulvam in opprobrium: dixisti enim: Non sic erit. — 3. Et pro his quæ fecerant, dedisti principes eorum in eadem, et stratum eum, quod noverat deceptionem eorum, in sanguinem, et percussisti servos super dynastas, et dynastas super thronos eorum; — 4. Et dedisti uxores eorum in direptionem, et filias in captivitatem, et omnia spolia in distributionem filiorum dilectorum à te, qui etiam zelaverunt zelum tuum, et abominati erant contaminationem sanguinis sui, et invocaverunt te in adiutorem. Deus Deus meus, etiam exaudi me viduam. — 5. Tu enim fecisti, quæ ante illa, et illa, et quæ deinceps, et quæ nunc, et supervenientia cogitasti: et facta sunt quæ in mente habuisti. — 6. Et affuerunt quæ deliberasti, et dixerunt: Ecce adsumus: omnes enim viae tuæ paratæ, et judicium tuum in præconitione. — 7. Ecce enim Assyrii multiplicati sunt in virtute suâ, exaltati sunt super equo, et ascensore, gloriosi sunt in brachio pedum, speraverunt in clypeo, et in gæso, et arcu, et fundibulâ, et non cognoverunt quia tu es Dominus conterens bella. Dominus nomen tibi. — 8. Tu frange eorum fortitudinem in virtute tuâ, et prosterne robur eorum in furore tuo. Deliberaverunt enim polluere sancta tua, contaminare tabernaculum requietis nominis gloriae tuæ, et diruere ferro cornu altaris tui. — 9. Aspice in superbiam eorum, mitte iram tuam in capita eorum. Da in manu meâ viduæ, quod cogitavi, robur. — 10. Percute servum è labiis deceptionis meæ super principem, et principem super ministrum ejus: frange eorum celsitudinem in manu feminæ. — 11. Non enim in multitudine robur tuum, neque potentatus tuus in fortibus: sed humilium es Deus, minorum es adjutor, susceptor infirmorum, deploratorum protector, desperatorum salvator. — 12. Næ nã, Deus patris mei, et Deus hæreditatis Israel, Domine colorum, et terræ, creator aquarum, rex omnis creaturæ tuæ, tu exaudi orationem meam. — 13. Et da verbum meum, et deceptionem, in vulnus, et livorem eorum qui contra testamentum tuum, et domum sanctificatam tuam, et verticem Sion, et domum possessionis filiorum tuorum deliberaverunt dura: — 14. Et fac super omnem gentem tuam, et omnem tribum, cognitionem ad sciendum, quia tu es Deus omnis virtutis, et potentia, et non est alius protegens genus Israel, nisi tu.

COMMENTARIUM.

clamare precabunda occipit. Quæ aliorum toties, tamque humiliter, ut audimus, preces petierat, quid cum ancillis, domesticisque suis fecisse jam credimus? In Græco quæ notanda sint, duo hic adjiciuntur: unum, *medavit id, quod induebatur, cilicium*, id est, cum id antea opertum esset, vestibusque aliis obiectum, jam apertè, vestibus illis abjectis, cilicio induta est. Sicque Latinus textus explicandus de indutione cilicii, non quilibet, sed

apertâ, minimèquè velatâ, prout in sacrificantibus sacerdotibus dictum supra, cap. 4, vers. 9 et 16. Alterum, est coeptæ hujus orationis tempus. *Et erat jam, cum offerri solet, Hierosolymis, in domo Dei, incensum vespertinum.* Oratio verò petit hostium profigationem, Israelitarum liberationem, et quidem ita ut utrumque istud, et ipse hæc agendi modus ad unam ipsius Dei gloriam totus referatur, vers. 15 et 19. Contextitur autem tota petitio ex comparatione quâdam cum veteribus exemplis duobus. Deinde ex crebris de Deo sententiis, et tertio, ex ipsius, quem dixi, finis propositione. Exemplum prius est ex Genes. 34, vers. 29, de Simeone patriarcha. Sicut enim, ô Deus, in ulciscendâ violatâ virginis pudicitia juvisti; ita me viduam ex illo progmatam, in Bethulia, adeoque patriæ totius et religionum tuarum liberatione procurandâ nunc adjava. Alterum, ex cap. 14 Exodi vers. 9, sicut Pharaonis et Ægyptiorum castra Israelitis insequentium occisione olim penitus occidisti, ô Deus; ita et nunc immensas Holofernæ hujus, omniumque Assyriorum copias extermina.

QUESTIUNCULA PRIMA.

Quomodo, in defensionem alienigenarum, dedit Simeoni patriarchæ gladium Dominus?

Est aliqua hic de verbo, contra versionis nostræ momos, velitatiuncula, et de re ipsâ ob difficultatem, pugna. De verbo quidem, quia Simeon, alienigenas non defendisse, sed oppugnasse ac interemisse legitur. Ac defensionis vindictam et ultionem significat, quam Græcus *ἐδικτυον ἀλλογέτων* appellat. Sic enim defendendi defensionisque vocabula priscis auctoribus usurpata notat non incuriosus Latini sermonis custos Nonius. *Defendere*, ait, *vindicare, depellere.* Virgilius, Bucol.: *Solstitium pecori defendite.* Ennius Achill.: *Serva cives, defende hostes, cum potes defendere.* Et sic quodammodo jam supra cap. 1, vers. 12, *Juravit, quod defenderet se de omnibus regionibus his.* Ad Rom. 12, vers. 12: *Non vosmetipsos defendentes, charissimi, sed date locum iræ.* Similiter lib. 1 contra Marcionem cap. 26, *do falso Marcionis Deo: Cur prohibet admitti, quod non defendit admissem, cum multo rectius non prohibuisset, quod defendens non esset, quam ut non defenderet, quod prohibuisset, imò et permisisset directò debuit, sine causâ prohibitorum, non et defendensur.*

(Nam et nunc tacitè permissum est, quod sine ultione prohibetur.

De re ipsâ porrò difficultas est, quomodo quam intulit Simeon alienigenis, cædes hic laudetur, cum in Genesi vituperetur? Illic enim cap. 34, vers. 50, Jacob dixit ad Simeon et Levi: *Turbastis me, et odiosum fecistis me Chananeis et Pherezeis habitatoribus terræ hujus. Nos pauci sumus, illi congregati percussent me, et delebor ego, et domus mea.* Multoque gravius cap. 49, vers. 5: *Simeon et Levi fratres, vasa iniquitatis bellantia. In consilium eorum non veniat anima mea, et in cætu illorum non sit gloria mea, quia in furore suo occiderunt virum; et in voluntate suâ suffoderunt murum. Maledictus furor eorum, quia pertinax; et indignatio eorum, quia dura. Dividam eos in Jacob, et dispergam in Israel.* Tres adhibentur ei difficultati responsiones. Prima est eorum qui concedunt vel omnino, vel ferè locum hunc illi repugnare. Sed hi sunt illi recentiores, qui libri hujus anctoritatem lance partim æquâ ponderarunt, ut Carthusianus, de quo supra, proleg. 4, in hæreticorum argumentis fol. 213. Altera Historiæ Scholasticæ, quæ ait posse dupliciter eadem hanc expendi, primò quoad divinum judicium, cujus, per virginis Dinæ stuprum, violata erat majestas, et hominum naturæ insita lex; neque verâ illum poenitentia placarant stuprator Sicheon et ejus pater Hemor, cæterique secleris ejus vel adjuvatores, vel approbatores Sicheonitæ cives, et sic justissimâ illi cæde plectebantur. Deinde, quoad Simeonis ipsius et Levi animum, qui vehementi quâdam furoris insanâ, non justitiæ zelo, sed iræ vindictæque impetu arma corripuerunt, illos occiderunt, sicque injusta cædes fuit. Priore modo laudari eadem hic, non posteriore, inquit illa historia et explicat, aliquo modo approbat Carthusianus exemplo Judæorum, quorum excidium et captivitas, quoad Dei sententiam, justa, quoad Nabuchodonosoris ambitionem et superbiam, injusta existit. Tertia Lyrani hoc loco et Pererii nostri, libro de Benedictione patriarcharum, duo nimirum in cæde illâ fuisse, unum, ipsam flagitii detestationem, ejusque puniendi zelum; alterum, ipsum poenitionis hujus exequendæ modum, et prius quidem illud laude dignum esse, non posterius, non quasi puniendi potestatem non haberent (cum enim esset Hemor loci ejus princeps, ad nullum vocari tribunal poterat, sed armis tantummodo puniri), sed quia modis contra sancitum

janjam fœdus et fraudulentus, nimiumque vehemens et furiosus fuit.

Ex utraque istâ expositione plenior ea fors erit, quæ dixerit, primò quidem hic maxime spectari et laudari, quod in clade istâ divinum fuit: Nam et orationis hoc scopus, quem supra vidimus, indicat, et loquendi modus: *Didisti illi gladium in defensionem alienigenarum; dedisti mulieres illorum in prædam; et in Græco: Didisti principes eorum in cadem, et cubile ipsorum in sanguinem, et percussisti servos cum dynastis, et dynastas ipsos in thronis suis*, statimque magnitudo sceleris, quod gladio vindicari voluit Deus, adjicitur. Ad hoc, in sequenti exemplo de Ægyptiorum mersione nihil humani, sed tantummodò, quod divinum erat, prædicatur, quia id solum commemoratur opportunum jam erat, Deum eos, qui malo quopiam Israelitis affecissent, olim punisse, ideòque rogari eum, ut itidem modò faciat. Deinde verò videtur factum istud, quatenus in Simeone et Levi existit, aliquo modo laudari, quia Simeon et Levi dicuntur servi Dei, neque simpliciter, sed qui zelarentur zelum Dei. Nam *zelum Dei zelare* in laude ponitur, 1 Machab. 2, 54 et 58. Et Græcè additur: *Sanguinis sui pollutionem abominati sunt; et te in adiutorem invocaverunt*. Atque sic, non interim negatur eos peccasse, importunè, calidè nimiumque forenter et rabidè in fœderationis irruisse. In uno eodemque opere, quod alloqui malum est, maloque modo agitur, potest interdum tamen laude quidpiam dignum aspicere. Testis ille, qui furacem fraudulentumque villicum iniquitatis laudavit, quia prudenter fecisset, Lucæ 16, vers. 8.

Obijcit tamen Carthusianus, armis eos potènam inferre non debuisse, quia etiamsi Hemor esset, majori tamen regi parebat, coram quo de injuriâ potuit accusari. Nam Josuæ 11, *Asor antiquitatis inter omnia regna hæc principatum tenebat*. Verum potuit Asor principatum tenere, sive inter omnia emineret, ut regna ei tamen alia non subessent. Et, ut subessent, quomodo advenerat et peregrini homines, in re, quæ magnum apud barbaros istos flagitium non videbatur, justas exigere penas potuissent?

Obijciet fortè alius, totum, etiam quoad Simeonis animum, et modum, factum hoc videri hoc loco laudari, quia dicitur Deus illi gladium dedisse. At quæ cædes justior, quis excedendi animus et modus æquior, quam ubi gladium porrigit, penes quem summa omnium

vita ac necis potestas? Quomodò delinquant, qui Delinquant in re servi sunt, in eaque zelum ipsius zelant? Jam dixi, et usu receptum, ut uno quopiam respectu sit aliquid æquum, alio iniquum; accipiat quis à Deo potestatem aliquam, neque eâ tamen, quemadmodum par esset, bene utatur. Nonne Nabuchodonosorem, qui Hierosolymam cepit, templum evertit, populum adduxit, vocat Deus *terram suam*, Jerem. 23, vers. 9? Nonne ad Ezechielem ait Dominus cap. 29, vers. 28: *Filli hominis, Nabuchodonosor rex Babylonis servire fecit exercitum suum servitute magnâ adversus Tyrum*. Omne caput decalvatum, et omnis humerus depilatus est; et merces non est reddita ei, neque exercitus ejus de Tyro, pro servitute, quod servivit mihi adversus eam. Judith ergo potissimum quæ Dei sunt in Simeoniâ irruptione celebrat; quæ Simeonis verò sunt, non nisi modicè et quadamtenus.

QUESTIUNCULA II.

Quæ labia charitatis vers. 15, et quæ illustriora hujus capitis, vel sententiæ, vel documenta?

Labia charitatis vocantur, è quibus verborum *græcæ* quedam, sive jucunda orationis gratia existit. Unde et qui auribus aliquid dant, aliisque grata proferunt, ii apud Athenæum *χρηστοφωνοί*, ab aliis quibusdam *aretologi* vocantur. Quia verò ejusmodi orationis mella graviter sæpè auditorem fallunt, sicut et Holofernem fefellerunt, idcirco in Græco dicuntur *χρῆσθ' ἀπάτης*, *labia fraudis*, sive, ut in Psalmis 11, 16, 30, *labia dolosa*. Quomodò hujusmodi à Deo petat Judith, alio capite, cum aliis quibusdam, disquiretur eommodiùs.

Inter sententiâs verò prima est, quæ Dei potentiam extollit vers. 4, dum et precam, quæ salacibus illis Sicheimitis illata erat, cum arbitrato suo fecisse ait, et alia omnia tam, quæ unquam ante facta sunt, vel, deinceps unquam fi-nt. Hæc enim sententiæ hujus vis paulò in Græcis apertior est: *Fecisti ea quæ illis priora sunt, et quæ deinceps, et quæ nunc, et quæ ventura intellexisti, et facta sunt quæ cogitasti, et presentia fuerunt quæ deliberasti, et dixerant: Ecce adsumus. Omnes enim viæ tuæ paratæ; et judicium tuum in prænotione, id est, provisum et præmeditatum est.*

Alterâ sententiâ est vers. 10: *Deus noster conterit bella ab initio, et Dominus nomen est ei*. Pro isto, *Dominus*, Hebraicum esse solat

1069; etique totum hoc explicatum Exodi cap. 3, v. 14, cap. 6, v. 3, sicuti et quod jam subditur vers. 15. *Erit hoc memoriale nominis tui*. Explicatur hic ipse locus à Petro Fabro lib. Dodecameni, cap. 5. Alia Dei nomina sunt vers. 17, ubi et *præsumere* in bonam partem sumitur, uti supra expositum cap. 6, vers. 15. In Græco etiam suavissima hæc: *Humilium Deus, inferiorum adjutor, curator infirmorum, deploratorum protector, desperatorum salvator.*

Tertiâ vers. 16, cui simillimæ in Scripturis complures, sed pulcherrima illa Hierosolymitani regis Asæ, dum contra Æthiopum regem Zaram, qui decies centena hominum milia, trecentosque falcatos curus ductabat, pergeret, 2 Paralip. 14, vers. 11: *Domine, ait, non est apud te ulla distantia, utrum in paucis auxiliaberis, an in multis. Adjuxa nos, Domine Deus noster. In te enim et in tuo nomine habentes fiduciam, venimus contra hanc multitudinem*. Hanc porrò Judith nostræ vocem Regino comiti, cui militiæ regulus præscribent, laudat Carthaginensis diaconus Ferrandus S. Fulgentii discipulus: « Si, ait in primâ regulâ, parvus exercitus contra hostium multitudines innumerabiles educendus sit, orante Judith protinus confortaberis, consonâ oratione, dum gemebundus exclamas: Non in multitudine est fortitudo tua; neque virtus tua in potentatibus, sed humilium est Deus. » Atque id etiam agnoscit gentilis apud Herodotum lib. 7 Artabanus: « Ingens exercitus ab exiguo proligatur, quoties Deus sis, quibus invidet (sive potius) e quos detestatur, aut metum aut tonitruum incutit. »

Documentorum verò iste non parùm suppeditant sententiæ, possunt tamen adungi et alia: primum, quæ sese ad magna quadam CAPUT X.

4. Factum est autem, cum cessasset clamare ad Dominum, surrexit de loco in quo jacuerat prostrata (1) ad Dominum.

2. Vocavitque abram suam, et descendens in domum suam, abstulit à se cilicium, et exiit se vestimentis viduitatis sue.

3. Et lavit corpus suum, et unxit se myro optimo (2), et discriminavit criemem

(1) *Αβραμ ἀπὸ τοῦ κρηβάτου*, è terrâ in quam, Deum invocaturâ, se abiecerat, postea se exercituumque animi fiducia ad pulcherrimum

opera comparandi ratio sit, videbent ad Deum semper advolare, ipsiusque majestatem precari. *Omnium rerum magnarum primordia à Deo*, inquit nescio quis. Alterum, unius ob noxam, quanta sæpè in rebus publicis mula? et ea neque fortuita, neque à solis hominibus invecata, sed, quia punire illam vult, etiam à Deo ipso immissa. Non est Dina quidem Helena; suam tamen habet et ipsa Iliadem, ut in Gesesi et hoc loco vides. Tertium, cum extremum hic virginis deducit per femorâ demutationem significetur, quid de Lacenis illis, quæ, parum velatæ, in adolescentium sese conspectum dabant, et *παρρηγοί*; vocabantur, sentiendum? Quartum cum tanta Dei et potentia et providentia sit, quanta hic describitur vers. 4 et 5, cur nos ei totos non committamus? Quintum, in armis, hominumque operibus, spem nunquam nostram collocemus. Quid Assyris ista profuerunt, qui in scuto, *guro, sagittâ et fundâ* confidebant, ut habet textus Græcus, itemque in aliis, ut Latinus vers. 9. Omnium clausula sit, ut quæ agimus, cogitamus, precamur, ad Dei unius gloriam tandem aliquando collimemus. Vult Judith decipi Holofernem, vult Assyrios deleri, vult obsidione urbem liberari, vult se corroborari. Sed omnia tamen hic tendunt, ut Dei deo sanctificatio permaneat, religio vigeat, catholica Ecclesia non opprimatur, Deus vero sinceroque cultu ab omnibus cognoscatur, colatur et prædicetur, quia non est alius præter eum, sive, ut ait Græcus, non est præter ipsum pro genere Israel, *ἄτερον ἄλλου*, alius, inquam, Ecclesie catholice conservator, protector, et servator non est, cui gloria nunc et semper, et in secula seculorum. Amen.

CHAPITRE X.

1. Judith ayant cessé de crier au Seigneur, se leva du lieu où elle étoit prosternée contre terre devant le Seigneur;

2. Et, ayant appelé sa suivante, elle descendit dans sa maison, ôta son cilice, et quitta ses habits de veuve;

3. Elle se lava le corps, se l'ignoit d'un parfum précieux, arrangea ses cheveux, et se mit

facinus edendum se contulit. (Vatablus.) (2) Latinum *myram* idem est ac *myron* Græcum, designatque unguentum genericè, vel